UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Syntaxis Historiæ Evangelicæ

**Cope, Alan**

**Lovanii, M.D.LXXII.**

151. Barrabas latro Iudæis efflagita[n]tibus dimittitur, Christus verò flagris c[a]esus in curce[m] age[n]d[us] traditur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

*CAP. 151. Barabbas latro Iudæis efflagitantibus dimittitur: Christus verò flagris cæsus in crucem agendus traditur. Matth. 27.* 148. Mar. 15.* 148. Luc. 23.* 150. Iohan 18.* 149. & cap. 19.*

### *S. Matthæus.*

PER diem autem solennem consueuerat præses populo dimittere vnum vinctum quē voluissent. habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, Quem vultis dimittam vobis: Barabbā, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eū. Sedente autē illo pro tribunali, misit ad eū vxor eius, dicens, Nihil tibi & iusto illi. multa enim passa sum hodie per visum propter eum. Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis vt peterent Barabbam, Iesum verò perderent. Respondens autem præses ait illis, Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barabbam. Dicit illi Pilat', Quid igitur faciam de Iesu

### *S. Marcus.*

PER diē autē festū solebat dimittere illis vnū ex vinctis quemcunq; petissent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cū seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cùm ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis, & dixit, Vultis dimittā vobis regem Iudæorum? Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem cōcitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis, Quid ergo vultis faciam regi Iudæorū? At illi iterum clamauerunt, Crucifige eum. Pilatus verò dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, Crucifige eum?

### *S. Lucas.*

NEcesse autem habebat dimittere eis per diem festum, vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam, qui erat propter seditionem quādam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus loquutus est ad eos, volēs dimittere Iesum. At illi succlamabāt, dicētes, Crucifige, crucifige eum. Ille autē tertiò dixit ad illos, Quid enim mali fecit iste? nullā causam mortis inuenio in eo. corripiam ergo illum, & dimittam. At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur. & inualescebāt voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter

### *S. Iohannes*

EST autem cōsuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in pascha: vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? Clamauerunt ergo rursum omnes, dicentes, Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

| S. Matthæus. | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohan[nes] |
|---|---|---|---|
| qui dicitur Chriſtus? Dicunt omnes, Crucifigatur. Ait illis præſes, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabát, dicentes, Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens, Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius: vos videritis. Et reſpondens vniuerſus populus, dixit, Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Tunc dimiſit illis Barabbam: Ieſum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. * 152. | Pilatus autem volens populo ſatisfacere, dimiſit illis Barabban, & tradidit Ieſum flagellis cæſum vt crucifigeretur. * 152. | homicidiũ & ſeditionem miſſus fuerat in carcerem, quem petebant, Ieſum verò tradidit voluntati eorũ. * 154. | Cap. 19.<br>Tunc[...]<br>go app[...]<br>hendit<br>Pilatus [...]<br>ſum, & [...]<br>gellauit.<br>* 152. |

CAP. 152. *Corona ex ſpinis capiti* IESV *imponitur, & tunica purpurea indu[...] à militibus irridetur.* Matth. 27. * 151. Mar. 15. * 151. Iohan. 19. * 151.

| S. Matthæus. | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohan[nes] |
|---|---|---|---|
| TVnc milites pręſidis ſuſcipientes Ieſum in prętoriũ, congregauerũt ad eum vniuerſam cohortē: & exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei, & plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes, Aue rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. * 154. | MIlites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem: & induũt eum purpura, & imponunt ei, plectentes, ſpineam coronam. Et cœperunt ſalutare eum, Aue, rex Iudæorum. Et percutiebaut caput eius arundine: & conſpuebant eum. & ponentes genua adorabant eum. * 154. | | ET mi[...]<br>tes p[...]<br>ctentes c[...]<br>ronā de [...]<br>nis, imp[...]<br>ſuerunt [...]<br>piti eius [...]<br>veſte pu[...]<br>purea c[...]<br>cundede[...]<br>runt ei. [...]<br>veniebā[...]<br>ad eũ, & [...]<br>cebāt, A[...]<br>rex Iud[...]<br>rũ, & da[...]<br>ei alapa[...]<br>* 153. |

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN